Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



minum Deum ipſorum. Et ipſe præ-
cedet ante illum in ſpiritu & vir-
tute Eliæ: ut convertat corda
patrum in filios, & incredulos ad
prudentiam iuſtorum, parare Do-
mino plebem perfectam.

IIII.
EVANGELIUM.
Dominus vobiſcum. ℟. Et cum
Spiritu tuo.
Initium ſancti Evangelij ſecun-
dum Ioannem.
IN principio erat verbum: & ver-
bum erat apud Deum: & Deus
erat verbum. Hoc erat in principio
apud Deum. Omnia per ipſum facta
ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil.
Quod factum eſt, in ipſo vita erat:
& vita erat lux hominum: & lux in
tenebris lucet, & tenebræ eam non
comprehenderunt. Fuit homo miſ-
ſus à Deo, cui nomen erat Ioannes.